

## Latein-Deutsch

1. Wiederholen Sie: Hannibal – Perseus und Aemilius Paullus - Scipio Africanus maior und Scipio Africanus minor

2. Informieren Sie sich über Tiberius und Gaius Gracchus.

*Empfehlung für „Geschichtswissen“:* Ulrich Huttner, Römische Antike, Tübingen 2008. (Das ist zwar nicht das dünnste Buch, aber dafür verständlich und lesbar.)

3. Wiederholen Sie: Velleius Paterculus und sein Werk.

4. Übersetzen Sie noch langsamer und noch konzentrierter. Prägen Sie sich alle Vokabeln ein. Wiederholen Sie die Vokabeln zu den letzten Texten.

Die Wörter sind zentral, also machen Sie das unbedingt!

Decem deinde interpositis annis,

qui Ti. Gracchum, idem Gaium fratrem eius occupavit furor,

tam virtutibus eius omnibus quam huic errori similem,

ingenio etiam eloquentiaque longe praestantiorem.

Qui cum summa quiete animi civitatis princeps esse posset,

vel vindicandae fraternae mortis gratia

vel praemuniendae regalis potentiae eiusdem exempli tribunatum ingressus,

longe maiora et acriora petens dabat civitatem omnibus Italicis,

extendebat eam paene usque Alpibus,

dividebat agros, vetabat quemquam civem plus quingentis iugeribus habere,

quod aliquando lege Licinia cautum erat,

nova constituebat portoria, novis coloniis replebat provincias,

iudicia a senatu transferebat ad equites,

frumentum plebi dari instituerat;

nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum, nihil denique in eodem statu

relinquebat; quin alterum etiam continuavit tribunatum.

Hunc L. Opimius consul, qui praetor Fregellas exciderat, persecutus armis

unaque Fulvium Flaccum, consularem ac triumphalem virum, aequae pravae cupientem,

quem C. Gracchus in locum Tiberii fratris triumvirum nominaverat

(eum socium regalis adsumpserat potentiae) morte adfecit.

Id unum nefarie ab Opimio proditum, quod capitis non dicam Gracchi,

sed civis Romani pretium se daturum idque auro repensurum proposuit.

Flaccus in Aventino armatus ac pugnam ciens cum filio maiore iugulatus est; Gracchus profugiens, cum iam comprehenderetur ab iis, quos Opimius miserat, cervicem Euporo servo praebuit, qui non segnius se ipse interemit, quam domino succurrerat.

Quo die singularis Pomponii equitis Romani in Gracchum fides fuit, qui more Coclitis [*wer ist das??*] sustentatis in ponte hostibus eius gladio se tranfixit.

Ut Ti. Gracchi antea corpus, ita Gai mira crudelitate victorum in Tiberim deiectum est.

Hunc Ti. Gracchi liberi, P. Scipionis Africani nepotes, viva adhuc matre Cornelia, Africani filia, viri optimis ingeniis male usi, vitae mortisque habuere exitum: qui si civilem dignitatis concupissent modum, quidquid tumultuando adipisci gestierunt, quietis obtulisset res publica.

### Deutsch-Latein

1. Wiederholen Sie die Phrasen / Konstruktionen, die Sie in den letzten Wochen herausgeschrieben haben. Gründlich! Wiederholen ist das Wichtigste ...

2. Wiederholen Sie:

Konstruktion von: piget, pudet, paenitet, taedet ...

Aufforderungen aller Art: Imperativ, Iussiv, Hortativ, Begehrssätze

Funktionen der Ablative (bestimmen Sie alle Abl. im Text)

3. Und immer weiter in Curios Rede (wiederholen Sie unbedingt den Zusammenhang)

An paenitet vos, quod salvum atque incolumem exercitum nulla omnino nave desiderata traduxerim? quod classem hostium primo impetu adveniens profligaverim? quod bis per biduum equestri proelio superaverim? quod ex portu sinuque adversariorum CC naves oneratas abduxerim eoque illos compulerim, ut neque pedestri itinere neque navibus commeatu iuvari possint? Hac vos fortuna atque his ducibus repudiatis Corfiniensem ignominiam, Italiae fugam, Hispaniarum deditionem, Africi belli praeiudicia, sequimini! Equidem me Caesaris militem dici volui, vos me imperatoris nomine appellavistis. Cuius si vos paenitet, vestrum vobis beneficium remitto, mihi meum restituite nomen, ne ad contumeliam honorem dedisse videamini."

Qua oratione permoti milites crebro etiam dicentem interpellabant, ut magno cum dolore infidelitatis suspicionem sustinere viderentur, discedentem vero ex contione universi cohortantur, magno sit animo, necubi dubitet proelium committere et suam fidem virtutemque experiri.

4. Prägen Sie sich die Phrasen und Konstruktionen ein.